



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Die Schedelsche Bibliothek

Stauber, Richard

Freiburg im Breisgau [u.a.], 1908

Anlagen.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54213)

## Einlagen.

1. Brief Hartmann Schedels an Hermann. Amberg, 3. April [1479]<sup>1</sup> (Clm. 266, fol. 63). Überfendung eines Registrums zur Naturalis historia des Plinius.

Iesus.

Clarissimo arcium et medicine doctori domino Hermanno n. [Schedel] domino et amico suo observandissimo.

Ad vota seipsum pro salute mittit: Si me vel inmemorem: vel sponsorem levem arguas: qui tam tarde pollicitum ad te mitto registrum: quod nuper super Plinij Naturali Historia non parvo sudore edidi: Succensere possum nihil: quamquam haud neglectum extitit: quia vel floccifecerim amorem tuum: gratia cuius longe maius onus subire non formidarem: vel mentem, exciderit, quoniam [?] (ni fallar) plus quam tibi animum excitavit. Sed volui: et hoc quod nunc accipis (utinam grato animo) et meum meo Plinio colligatum uno labore emendasse: sicque emendatum mittere: propositum autem fefellit egrorum et rei familias [sic!] cura que novum et insuetum me patrem familias plus exercitato fatigat: Cumque is meus nepos tuo nomine instaret ut quale sit mitterem emendavi ut potui in presentiarum: qui et ipse clarius informabit quia socius laboris fuit corrigendo: Si quandoque plus otij nactus fuero atque aliquid addam (ut spero) te quoque faciam participem: Platonis in Thimeo libri recordare, de quo tecum quandoque sermonem habui si tibi in manus quandoque veniret quatenus me facias ipsius habere copiam responsurum dignum scriptori pretium. Vale foeliciter: rescribe: atque si ad vos novi rarique veniant libri cerciorem reddito: Ad nos allatus est quinternio unus aggregatoris non illius Guilhelmi Brixienensis: quem habeo et tu forsitan vidisti: Sed hic Iacobi est Paduani profecto [sic!] opere et precio dignus Argentine impressus: Ubi et continens Rasis imprimi dicitur. Iterum vale mei memor Ex n. [Amberga] III<sup>o</sup> nonas aprilis: n<sup>2</sup> doctor.

2. Briefwechsel Baptista Augustensis-Hartm. Schedel-Stolberger. 1478 bis 1480 (Erwerb eines Plato betreffend).

a) Baptista Augustensis an Hartmann Schedel. Nördlingen, 11. Nov. 1478 (Clm. 225, fol. 108. Abschrift Schedels). Überfendung der Werke Platos zur Abschrift.

Clarissimo Viro et domino magistro Hartmanno Schedel in utraque medicina doctori etc. phisico Ambergensi fautori suo colendissimo. Baptista Augustensis

<sup>1</sup> Datierung nach dem Schreibvermerk Schedels (fol. 62): Scripsi ego Hartmannus Schedel arcium et utriusque medicine doctor Anno domini MCCCCLXXVIII, VIII. die Maii in Amberga.

<sup>2</sup> Hartmannus Schedel; in der Hf steht unter dem ersten n noch ein zweites.

Scriba opidi imperialis Nordlingensis salutem plurimam dicit. Litteras tuas clarissime atque humanissime vir, iam pridem summa veneratione recepi: quibus te bene valere ac optimarum arcium cupitorem dinovi. Scio enim quanto tempore bonis artibus faveas: quantumque gaudii capias, si nobilia opera veterum pro singulari revocillatione tibi ad masticandum tradantur. Ut mihi ipsi quasi iniuriosus esse videar: tueque virtuti ac denique probitati iniuriarum teneri: si libros Platonis quos tibi mitto abscondissem quo intervacandum non nunquam manibus tuis cartas revolveres ac divi Platonis eruditam luculentamque materiam digessisses. Invenies enim exilia: potissimum primo libro severis doctrinis imbibita. Ac demum in Thymeo summam divinitatem: quo licencius tibi vacandum erit: quanto suavissima speculatione: inter philosophie viros clarissimos prudentissimus evasisse: Neque patrum tuum dominum Hermannum virum doctissimum minori claritate quam te ipsum sequor: Quoniam omnia pari more vos commendant qui longeva philosophorum experientia ductus, novos codices naturalium rerum in congestam materiam pariformiter scribere posset. Ut lumen quod sibi maiores sui pretulissent posteris preferret quem humanissimis studiis imbutum a teneris annis, collaudari audierim semper cui mihi par cura est morem gerere, ac obtemperari debere quantum tibi. Etenim nescio quo pacto magis in studiis homines subtilis doctrina quam naturalium rerum refectio (quibus impar est cultus) contineat. Sunt enim pulciora ista opera: quantum nobiliori recitatione legendum erit semper. Vale et si quid apud me est: quo tibi tuisque oblectacioni esse: et honori correspondere possem: impera confidenter: et pro virili mea [sic!] voto utaris tuo: ac demum dominam Conthoralem tuam: plurimum ex me valere dicas. Iterum vale: et me tibi obtemporaneum in dies spectabis.

Raptim ex Nordlingen XI<sup>a</sup> Novembris anno etc. LXXVIII<sup>o</sup>.

b) Henricus Stolberger an Hartmann Schedel. [27. März 1480.] (Clm. 225, Rückdeckel.) Übersendung der ersten Sexternionen des Plato.

Doctorum famosissime, de Platonis celestis polities libris a te quatinus rescriberem mihi commissis quosdam, ut cernis, sesternos hac cum latrice mitto, quoniam domus pro necessariis certa hoc comparavi die, vendensque promptam exigit solutionem, et si bene solvendo essem, cura tamen domestica quemadmodum quotidianas habes experientias vacuum non sinit gerere bursam. qua de re floreni mutuo mihi patrocinari ad presens rogo haud recuses. finem libri donec habeas de cetero non inquietus persistes. assentiris si hac dirige [!] ostentrice.

Henricus Stolberger.

Dazu Bemerkung von Schedel: Item dedi latrici  $\frac{1}{2}$  fl in pecunia 1480 die 27. martii.

c) Henricus Stolberger an Hartmann Schedel. [12. Juni 1480.] (Ebd.) Übersendung weiterer Sexternionen.

Doctor famosissime horum sexternorum latrice famula mea velitis oro florenum mihi vel valorem eadem cum mittere. quoniam indignus sum: de cetero ad finem usque libri nihil exposcam.

Henricus Stolberger.

Dazu die Notiz Schedels: Secundo dedi famule latrici 1 fl in pecunia 1480 12. die Iunii.

Item pro singulis computatis constat II aureos in textualibus et illigatura quam manu propria diligentissima glozularum lucubratione exaravi in oppido Ambergenſi Anno domini M<sup>o</sup>CCCC<sup>o</sup>LXXIX<sup>o</sup>: ſecundo officii mei phisici videlicet anno.  
H. S. D.

3. Aufzeichnung Hartmann Schedels über testamentariſche Schenkung eines Livius [1489] und Epitaph des Petrus Monach. (2<sup>o</sup> L. impr. c. n. mss. 39, fol. 413<sup>r</sup>).

Hunc preclarum Librum Summi Historiographi Titi Livii: Rome impressum: famosissimus ac humanissimus doctor Petrus Monachi. plebanus Amberge. in suo legali testamento: mihi Hartmanno Schedel Nurembergensi arcium ac medicine doctori legavit. per procuratorem eius dominum Iohannem presentatum [oder to]. Is sincerissimus pastor suas oves divinis officiis ac predicacionibus fovens: mihi non mediocri benivolencia coniunctus Tandem ob impericiam Cirurgici de Babenberga qui herniam eius in tempore ac hora infelici incidit, sine meo scitu. postea die duodecima dies clausit extremos: sepultus ad S. Martinum ante summum altare sub lapide marmoreo Et tabula depicta in honorem sui patroni S. Iacobi in columpna chori affixa est. In memoriam eius tale edidi [?] epigramma:

Ante aram situs est celeberrimus ac doctissimus artium et iuris canonici doctor dominus Petrus Monachi: consiliarius incliti principis domini Philippi Palatini Rheni. plebanus huius ecclesie qui officio pastorali cum omni laude ac doctrina annis decem et septem gloriosissime prefuit. Obiit anno domini M<sup>o</sup>CCCC<sup>o</sup>LXXXIX die vigesima prima mensis Marcii. Cuius anima in eterna beatitudine quiescat. Amen.

Epitaphium Petri Monachi.

Quisquis es hic fixus, cernisque forte tabellas  
Funde pias preces et pia thura simul.  
Hoc tumulo Petrus Monacchi clauditur ipse  
Amberch quique fuit presul in urbe simul.  
Ac templo istic, ter senis vix prefuit annis.  
Sidere foelici, auspiciisque bonis.  
Noverat et sacri qui doctor vincula iuris.  
Et quitquid Cicero dixit et ipse Maro.  
Totus Aristoteles omnis doctrina Platonis  
Amplexuque fuit Scocia tota suo.  
Invida mors huius claros extinxit ocellos  
Humani generis proh mala condicio<sup>1</sup>.

4. Dr Ivo Wittigis an Hartmann Schedel. Steinheim, 20. Sept. 1491 (4<sup>o</sup> Inc. c. a. 1117, fol. 185/186, Einlage). Bemühungen um Bücher.

Clarissimo artium et medicine doctori domino Hartmanno Schedell amico maiori et observando ut fratri

<sup>1</sup> Das ganze Epitaph steht auch in Clm. 716 (fol. 298).

Nuremberg<sup>1</sup> — — —

Salutem plurimam dicit. Cum primum Mogunciam veni eximie doctor apud bibliopolas venditores diligenter scrutatus sum de Vitruvio in architectura et aqueductibus. Similiter et de stratagematibus Frontini. Sed neutrum profecto habere potui. Ut tamen operam meam non omnino inutilem sentiretis opusculum quoddam Eliani de aciebus et turmis instruendis ad prestanciam vestram dono transmittito. Quod quidem anno superiore dum redirem ex Italia, mecum adduxi. Idipsum clarissime domine doctor quamvis breve et modicum sit, nichilominus ob antiquitatem quam continet et mei memoriam inter libros vestros locum habere permittatis. Et longe felix bene valete, meaue opera (si quid possum) ut amici officio semper utamini.

Datum ex castro Steynheim anno domini etc. 91 vigesima die septembris.

Ivo<sup>2</sup> Wittigis, Doctor.

5. Briefwechsel Holzschuher-Schedel 1493/94.

a) Hieronymus Holzschuher an Hartmann Schedel. Padua, 21. Dez. 1493 (2<sup>o</sup> Inc. c. a. 2715, fol. 198). Nachrichten über medizinische Bücher.

Excellentissimo arcium medicineque doctori Hartmanno Schedel tam accuratissimo quam doctissimo amicorum optimo<sup>3</sup>.

Hartmanno Schedel Arcium medicineque doctori Hieronymus Holtzschuer s. p. d.

Egregie domine doctor Accepi vestras ornatissimas litteras plenas leporis ac suavitatis: quibus iucundissimam familiaritatem vestram promittitis non defuturam quum una dierum paternos lares repetam: qua mihi iucundius aut dulcius esse non potuerit: polliceorque contra me operam daturum ac totis viribus niti ne frustra laborasse videar ac inperitus redirem dedecorans me: preceptorem patriamque: preterea enim ut d.[ominacionem] vestram de hiis que habere cupit cerciorem reddam, Noverit opus in medicina ut puta Hali filium abatem non minoris quam VIII libris vendi cuius exemplar unicum tantum inveni. Nam alibi extra dominium Venetorum nec venditur nec imprimitur secundario sub poena 50 librarum et amissione omnium librorum ob quam causam ne cum tantum sincera mente inpendissem fere ultra legitimum precium negligencie aut mendacii culparer hec vobis significare volui: deinde habetur tractatus de venenis magistri Santis venditur 1/2 ducato Item practica Filonii V libris. Alia non sunt. Epitaphia Antonii Cermisoni et Matheoli Perusini non inveniuntur. Quicquid ergo consilii d.[ominacionis] vestre super eo fuerit facite quam primum cognoscam. Ego enim quem admodum excellenciam vestram precipuam mihi semper duxi sic nihil eque curo cogitoque: quam ei gratum semper aliquid acceptumque efficere. Valete et me sicuti consuevistis amate. Pativie (!) 12 kalendas Ianuarii Anno salutis etc. 93.

Dazu fol. 198v die Notiz Schedels: Ob hanc ornatam epistolam cum eam doctor Hieronimus Muntzer legisset que ei summe placuit: et alias causas filiam suam Dorotheam dilectam ac unicam matrimonio copulavit eidem Hieronimo Holtzschuher cum amplissima dote. Qui postea in consilio Nurembergensi non minimus extitit; habitans in curia magna prope hospitale ubi maiores in longa gloria vixerunt.

<sup>1</sup> Unter dieser Außenadresse steht: presentatum 6. Octobris.

<sup>2</sup> Ivo steht deutlich im Original des Briefes, nicht Johann. Danach ist oben S. 73 zu verbessern. H. G.

<sup>3</sup> Adresse fol. 198v. Holzschuher, nachmals von Dürer gemalt, war am 12. März 1487 an der Universität Ingolstadt immatrikuliert worden.

b) Schedel an Holzschuher. Nürnberg, 22. Jan. 1494 (2<sup>o</sup> Inc. c. a. 2715, fol. 200). Bitte um Übersendung des Haly.

Iesus.

Insigni viro Hieronimo Holtzher Padue amico sibi colendissimo S. P. optat. Vestra ornata atque humanissima scripta ostendant lucide Hali abatem unicum pro VIII libris superesse. Vetitumque ne ulterius imprimatur. Causam huius scire optarem. Cumque nitimur in vetita cupimusque negata [Ovid. am. III 4, 17] et ob raritatem operis Rogo apprime ut eundem quantocius et quam primum mittere velitis ad Sororium meum Albertum Heugel; is pecuniam restituet. Practica Philonii aput nos venalis reperitur. Inquisitionem habere velitis, an opus Petri de Abano quod Lucidatorem appellant (ut in eius Epigrammate habetur in palacio Padue) aput doctos aut venalis reperiatur. agite uti res vestra sit, et me ut facitis amate. Metus belli nos inquietat. ‚Inter finitimos‘ enim ‚vetus atque antiqua similtas Immortale odium nunquam et sanabile vulnus‘ [Juvenal XV 33 f]. Valete foeliciter. Ex Nuremberga anno domini 1494 die 22. mensis Ianuarii.

Hartmannus Schedel artium  
ac utriusque medicine doctor.

6. Sebald Babenberger an Hartmann Schedel. Heilsbronn, 28. August 1494 (Clm. 25060, fol. 142/43, Einlage). Dank für ärztliche Ratschläge, Bitte um Übersendung von Medikamenten.

Ypocratice discipline viro doctissimo integerrimoque Hartmanno Schedel Nurnberge dies faustos agente [!] fautori suo sibi preferendo.

Cum sincero affectu salutem et si quid dulcius salute dedicat. Scripta vestra priscorum vatum dictis decorata, exulta, et ornata, expertissime vir, et accepi et legi, moxque patribus nostri monasterii vestras sedulitates quibus singulos afficere integerrimo affectu conamini, enodavi, quante gratitudinis sint nec Mercurius ipse explicabit sermone, attamen interim qui paria paribus reddere nequimus, aput altissimum quod possumus impertiri studebimus, ac Pyladis in Horrestem [!] ardores, (nota cano) vivaces reddemus. In regimine de quibusdam medicinis laude preferendis scribitis puta de medicamine tyriacali, et de confectione cordiali in duplici forma sub bolis et rotulis sumenda has oro cum presentium ostensore facite mittantur primi quantum postulare necessitas videtur. secundi profecto tantum si fata sive novercans rote motrix quam propiciam adhuc habemus plus successu temporis exigit, semper in apotheca reperiemus. Valete et ut valeatis opto ex Fonte salutis velocius euro in die Augustini anno etc. XCIIII.

Sebaldus Babenberger theologie licentiatus.

Nachschrift: Medicaminis tyriacalis pixidem mediocrem dumtaxat pro necessitate remittere procuretis.

7. Hieronymus [Münzer] an Hartmann Schedel. Lyon, 1. Sept. 1494 (Clm. 23877, fol. 204<sup>1</sup> und 204<sup>2</sup>). Nachrichten über seine Reise zc.

Clarissimo utriusque medicine doctori Hartmanno Schedel suo charissimo Nuremberge. 1494 adi 1 Septembris Ex Lugduno:

Clarissime doctor: Ieronimus vester salvus venit Lugdunum: Veditque vetustates quam plures Elweciorum: montes Lemnanos: Allobrogos: et varia que mihi voluptati erant: Ad Mortonem prope Bernam dum venirem o quam magnam mortis

ymaginem: locumque clade Karoli Burgundie ducis insignem vidi. Tanta est congeries ossium cesorum strage conportata: ut homini sane mentis stupor et quasi lippotomia [= Ohnmacht] suboriri Videatur: Supraque fores sacelli hoc epigramma meo iudicio satis rude insculptum est:<sup>1</sup>

Valeant qui vafrum campo pellere hostem  
 Agressi, Karolum Burgundie lumen superbum:  
 Celicolas cantu, martisque onerent aras  
 Victima dulci armorum qui novere vires:  
 Annorum fluxu milleno quadrigenoque  
 Iunctis septaginta sex: quos<sup>2</sup> Atlas voverat, axe  
 Cesa hec corpora trux straverat hostium ensis.

Peragratis item Friburgo: Losanaque insignibus locis: supra ripas Lemnani lacus Gebennam veni celeberrimum cesaris memoria locum: circa quem Rhodanus Gallie fluvius Lacum effluit de quo Frontonius in epigramatibus<sup>3</sup>.

Est locus Allobrogum: prisci dixere Gebennas  
 Quem lacus exornat cristallos<sup>4</sup> clarior omni  
 Atque lacum medium scindit purissimus amnis  
 Rhodanus, et torrens Araris: montesque Lemanni<sup>5</sup>  
 Cesar in Elwecios tendens: populosque rebelles  
 Romanis, urbem hanc coluit, pontemque reponens  
 Trans Rodanum: struxitque deis celeberrima templa  
 Condidit hanc Genabus, postquam Numancia<sup>6</sup> cessit  
 Hispanus: atque suo Genabam<sup>7</sup> de nomine dixit.

Veni postea via satis ardua: per moncium precipicia: Vallium abrupta in planiciem pulcherrimam: Clarissimam Lugduni civitatem. O quam admirabilis situs: locique comoditate refertus! Non est hora ea omnia calamo exarare; Quiescunt Lugduni infinita sanctorum corpora: Ad Minores corpus Bonaventure clarissimi devotissimique doctoris: ad sanctum Paulumque corpus dulcissimi experientissimique Iohannis de Gerson Parisiensis cancellarii: Cuius hoc est epitaphium:

Magnum parva tenet virtutibus urna Ioannem  
 Precelsum meritis: Gerson cognomine dictum  
 Parisius sacre professor theoloye  
 Claruit ecclesie qui cancellarius: Anno

<sup>1</sup> In Clm. 431, fol. 100 retro erzählt Münzer, er sei am 17. August 1494 in Murten gewesen. Die Masse der Gebeine der Erschlagenen werde in zwei repositoria aufbewahrt, von denen das eine 20 Schritt breit, 6 lang und ebensoviele hoch sei. Das andere sei 7 Schritt lang und 5 breit. Horribile est videre tantum ossium cesorum cumulum. Et continuo lacus alia loca (sic! wohl für ossa) eicit que illuc reponuntur.

<sup>2</sup> q mit einfachem Horizontalstrich darüber.

<sup>3</sup> In Clm. 431, fol. 100, wo die gleichen Verse von Schedels Hand geschrieben stehen, heißt es am Schluß derselben: Hec Frontonius in epigramatibus civitatum.

<sup>4</sup> So in Clm. 431, in Clm. 23877 cristallus.

<sup>5</sup> So in Clm. 431, in Clm. 23877 Lemnani.

<sup>6</sup> Randglosse: Urbe Hispanie devicta a Scipione. Über Numancia ist a übergeschrieben.

<sup>7</sup> In Clm. 431 Genabum.

Milleno domini centum quater atque vigeno  
 Nono: luce petit superos Iulii duodena:  
 Penitemini et credite ewangelio.

Pro nunc his pauculis mi Hartmanne estote contentus: dicatisque patribus Carthusie et S. Egidii quod mihi eadem est voluptas ex illa preclara peregrinatione quae ipsis est ex flobothomia [!]: Iam delector in flobothomia medicus mox voluptuabor in rebus Massilie et Hispanie que mihi erit flobothomia epatice: in reversioneque per regnum Francie: Flandrie et Brabancie concludam flobothomiam saphene: Libros raros nullos reperio: Nisi clarificatorium super Nono Almansoris Ioannis de Tornamira quem facile ex Venetiis habebitis.

Item quendam alium libellum qui intituletur liber desideratus de motibus omnium orbium sive calculo quem edidit quidam Guielmus de Zelandia in villa Carpentras: et est parvus libellus et cum figuris quem emi pro fl. tribus Rinensibus magno precio quem cum videbitis si placet tantum exponere quantocius vobis ipsum ordinabo:

Alia nunc non occurrunt: Nisi quod omnes doctores et nostros amicissimos salvos esse cupio per

Vestrissimum [!?] Ieronimum medicum.

Salvus item sit Georius Schedel mihi charissimus cum honesta conthorali vestra.

Patri item Carthusie dicite quod Litteras suas ex Gebenna per certissimum nuncium reverendo patri maioris Carthusie miserim, distancia a recta via prohibuit ne illac venirem: salvum item dicite patrem Sebastianum: procuratorem et omnes: invicemque alter pro altero oremus. Ex Valencia deo duce Hispanie alia ex me habebitis. Secunda Septembris super flumine Rhodano Lugdunum exeuntes, Avinionem applicabimus.

8. Petrus pharmacie doctor, P̃hysikus von Amberg, an Hartmann Schedel. Amberg, 25. Oktober 1496 (Clm. 25060, fol. 178/9, Einlage). Bitte um Aufschluß über das malum Francie und dessen Behandlung.

Clarissimo viro domino Hartmanno Schedel artium et medicine doctori preceptor et domino suo venerando.

Salutem cum sui recommendatione dicit, eximie domine doctor maior et preceptor optime, quamvis presenciali conversatione d.[ominacio] v.[estra] michi penitus ignota sit, fama tamen celebri doctrina et benivolentia notissima, unde ducor non nichil ex d.[ominacione] v.[estra] petere, sperans id eciam facile consequi posse, et ut rem pau [cis ?] agam, audio cum in civitate vestra Norimbergensi tum aput alios sevire egritudinem horribilem aput nos antea inauditam vel penitus ut vulgus refert incognitam pluribus doctis, quam et nonnulli vulgares malum Francie aput me nominaverunt. Rogo et obsecro d.[ominacionem] v.[estram] pro innata sua bonitate velit et de nomine causis et modo cure quid modici ad me scribere ut si quando quod deus avertat huiusmodi perhorrenda egritudo meos Ambergenses invaderet quibus scio d.[ominacionem] v.[estram] non parum aduc esse affectam, possem saltem audatius apud eosdem de ea egritudine loqui, nec dedignetur rogo dominatio vestra mea causa id laboris assumere. si enim non potero d.[ominacioni]



v.[estre] pari respondere voto, ostendam me saltem memorem accepti beneficii si unquam occasio datur futura.

Ex Amberga XXV mensis Octobris anno etc. LXXXXVI.

Petrus farmacie doctor  
phiscus Ambergensis.

9. Hartmann Schedel an Georg Napurg in Reichenbach. Nürnberg, 6. August 1499 (Clm. 27, auf eingelegtem Blatt). Übersendung eines instrumentum Turketi ꝛ.

Religioso atque industrioso patri domino Georio Napurg in Reichenbach astrorum cultori amico suo colendo.

Iesus.

Salutem plurimam optat. Ab eo tempore in quo a Nuremberga discessistis, colende pater Geori: ulla de vobis salutationem accepi: Nec de instrumento astronomico Turketi appellato mittendo quicquam intellexi. Comune est proverbium: Remotus ab oculis procul a lumine cordis. Verum cum sciam vos esse amatorem astronomie in hisque sedule laborare, hec fortassis impedimento fuere. Sumite tamen quandoque otium. Et mei memor sitis. Si commode facere poteritis instrumentum Turcketi mittite. Retulistis domino preposito beate semper virginis magistro Heinvoegel apud vos quiescere vera loca stellarum fixarum rectificata per quendam abbatem que conducerent pro spera solida. Is orat obsecratque, ut ea per scriptorem colligere velitis deinde mittere quantocius. Exposita pro labore idem magister illico remittet. Sperat se fructum cum hiis operaturum. Agite in his rebus uti confido, et si vobis quid gratum efficere poterero scribite. Patri Ioanni Gollenhofer Salutem dicite. Valete foeliciter. Ex Nuremberga anno domini 1499 die 6. mensis Augusti.

Hartmannus Schedel arcium  
et utriusque medicine doctor.

10. Aufzeichnungen Schedels über den Kauf eines Galen vom Augustinerkloster in Nürnberg [1503] (Clm. 5, fol. 1).

Anno Domini MCCCCIII Librum Galieni in quo continentur 21 opuscula in pergamento quem per longa tempora a patribus monasterii Sancti Augustini pro certa summa, pecunia aut aliis libris commutandis sepenumero dominium habere optavi. Is liber in parva libraria super sacristia positus retro nedum in asseribus verum et in pergamento per tineas lesionem sensit et folia putridum odorem de se propter humiditatem testudinis emittebant. Tandem reverendus pater prior Mantel homo admodum doctus qui postea peccit Gymnasium in Wittenberg una cum ceteris fratribus consensum ad hoc dederunt et cum patre Euchariorum liber missus, quatuor aureos pro libro obtuli, post varios tractatus talis convencio conclusa est: ut pro libro darem 6 florenos. Et per testamenta aliorum ordinarem ut duo floreni pro decore bibliotheca [!] super adderentur: Misi itaque prefato priori Mantel 6 florenos in auro pro libro et suo successori patri Euchariorum priori per Iohannem Greuß mecum testamentarium sibi presentati fuerunt, aduc 4 floreni: Sicuti et priori Henlein ad predicatores similiter 4 dati fuerunt pro decore bibliothecae. Videns autem librum tendere ad invaliditatem, Sexternos omnes divisi, mundavi et folia cum rubrica signavi. Et angelum cum armis meis per dictum Elsner depingi feci.

Et per optimum librorum ligatorem de novo in corio albo porcino et aliis ornamentis decorare feci, pro quo sibi florenum dedi ut nunc liber iste pro utilitate medicorum sic clarescere poterit ad laudem dei: post hoc bibliothecam eorum variis novis libris ornaverunt qui eis ad utilitatem cedere possunt.

HA. S. D.

11. Dr art. et. med. Burdhard Hornek an Hartmann Schedel. Würzburg, 16. August 1505 (4<sup>o</sup> Inc. s. a. 1046, Einlage). Übersendung eines gedruckten Gedichtes des Verfassers, des Carmen de ingenio sanitatis, das an Erzbischof Berthold von Mainz gerichtet ist.

Preclaro Arcium et medicine doctori famosissimo d.[omino] M.[agistro] Hartmanno Schedel Nurinbergensi prothomedico preceptoris suo observantissimo.

Iesus.

S. p. d. Tametsi longa taciturnitas brevi colloquio terminari non potest, attamen iubeo te salvere summo corde, totis viribus, quoad Vires valeant, dii tibi omnes omnia optata ferant: et tibi et mihi in rem recte conducant nostram. dii vortant. id petam id prosequor corde et animo rogo. Verum ut hunc tibi singulariter commissum atque favorizatum habere velis summis precibus oro. pro quo si nulla unquam processerunt merita, hoc unum polliceri audeo: ad quemcunque statum pervenero me tibi eternum [sic!] fore devictum [sic!] atque obnoxium. Vale et me ama. Tuas expecto litteras. Hunc codicillum ad te misi propter antiquam necessitudinem nostram.

Munera ne credas animus pietate revulsit.

Sit tibi quod ymo corde favore velim.

Ex Herebipolim [!] altera post assumptionem [!]. Anno a carnali Christiano 1505. B.[urckhardus] de Hornek tuus divisim [?] in pari [?] habitus [?].

Auf der Außenseite Notiz Schedels: Presentata 20. Augusti. Anno 1505.

12. Petrus Danhauser an [Hartmann Schedel]. Undatiert (Cm. 23877, fol. 181<sup>e</sup>). Bitte um leihweise Übersendung der Vita S. Sebaldi.

Egregie preclare domine doctor: Nonnulli egregii cives Vitam sancti Sebaldi emendandam castigandamque me obtinuerunt. eis enim denegare et turpe et grave duxi: quoniam ea vita ita incognita est michi ut ulli. liber item totus emendatione indignus peto per omnes deos et stigios et eliseos: si eadem [?] magistri Sigismundi apud vos sit quatenus per diem non denegetis: Valeat dominacio vestra: citius euro:

Danhusser.

Legenda Sancti Sebaldi.

13. [Uljen?] an [Hartmann Schedel]. Undatiert (Cm. 528, Einlage). Übersendung eines Gedichtes des Verfassers.

Iesus.

Quamvis variis sim impeditus negociis doctor Excellentissime, minime tamen a musis interiungo. illac enim tanquam ad suavissimam recreationem a laboribus me confero. Cum igitur de archatrio nuper inter loquendum, ut scit excellencia tua, sermo incideret, ego quod ocium nactus ea de re his versiculis lusi. volui autem eos ad excellenciam tuam mittere, ut iudicium tuum acre subirent diiudicaresque plane ne hominis ingenium descripsissem. Vale.

## In Archatrium.

Ille Sophocleus qui tollit ad astra Cothurnos  
 Iactat et ἀρχατριον: ventilat ore sophos:  
 Qui loquitur Senecasque graves: tumidosque Marones:  
 Civem se iactat Barbarus, Eneadum:  
 Quique refert medicas ipsius Apollinis artes:  
 Haut aliter nomen quam retinere suum:  
 Gemmas et spernit: Massyllaque robora: et orbes  
 Improbus: at fulvi somniat era Tagi:  
 Qui caput et digito scalpit: linguaque procaci  
 Dilacerat cunctos: mollis et ingreditur:  
 Scis mihi sit qualis: patrie clarissime doctor  
 Non est ἀρχατριος: at tamen ἀρχατήρος.

14. Hieronymus Münzer an König Johann [II.] von Portugal. Undatiert (Fragm. in 4<sup>o</sup> Inc. c. a. 424, fol. ult., Abschrift Schedels). Aufsuchen des Kathaierlandes ꝛ.

Serenissimo invictissimoque Ioanni Portugallie Algarbiorum Mauritanieque maritime regi insularumque Madere, Fortunatarumque Catheridarum Azorum primario inventori. Ieronimus Monetarii medicine doctor Germanus sese humilime recomendatum facit. Quia huc usque a serenissimo infante Heinricho avunculo tuo id preconii accepisti quod aperiendo orbe terrarum nulli labori nec expensis pepercisti: tuaque industria Ethiopicum et Genee [= Guinea] mare populosque maritimos usque ad Tropicum capricorni suis mercibus ut auro, granis paradisi, pipere, selavis et aliis tibi tributarios fecisti: Quo ingenio laudem et immortalem gloriam comodumque insuper maximum tibi peperisti, nec dubium quin brevi tempore Ethioes in humana effigie quasi bestie a divino cultu alienate tua industria bestialitatem exuant et ad catholice religionis observantiam deveniant. Considerans hec invictissimus Romanorum Rex Maximilianus matre Portugalensis, voluit epistola mea quamvis rudi maiestatem tuam invitari ad querendum [sic!] orientalem Cathai ditissimam plagam. Confitentur enim Aristoteles in fine secundi Celi Item Seneca 5<sup>to</sup> Naturalium Item Petrus de Alliaco<sup>1</sup> sua etate doctissimus aliique quam plures clarissimi viri, confitentur inquam principium orientis habitabilis satis propinquum esse fini occidentis habitabilis. Signum sunt Elephantes: Qui in duobus hiis locis habundant Similiter canne quas tormentum de latere orientis ad littora insularum Azores proicit. Sunt item infinita, ut ita loquar, et certissima argumenta quibus quasi demonstrative conicitur mare illud brevibus diebus posse navigari Cathaium orientalem versus. Nec turbet te Alfraganus et alii inexperti qui solum unam quartam terre dixerunt esse discoopertam mari: terramque secundum tres partes suas immersam esse mari. Nam in rebus spectantibus ad habitacionem terre plus credendum est experientie et probabilibus historiis quam imaginacionibus fantastis. Scis enim quam plures [bricht ab].

Bemerkung Schedels: Incompletum est non longius repertum<sup>2</sup>.

<sup>1</sup> Handschrift: Eliaco.

<sup>2</sup> Wie ich bei der Superrevision feststellen konnte, datiert der überaus wichtige Brief vom 14. Juli 1498. Im Historischen Jahrbuche Bd XXIX Heft 2 behandle ich seine Bedeutung für die Geschichte der großen Länderentdeckungen. S. 6.

15. Formale de acceptis minoribus ordinibus in Mersburg (Berliner Rodey fol. 292).

Georgius, Dei et Apostolicae sedis gratia, episcopus Bambergensis, dilecto nobis in Christo magistro Hartmanno Schedel de oppido Nuremberg nostrae Bambergensis diocoesis [!] Salutem in domino. Cum militiae clericali asscribi, et ad sacros ordines promoveri desideras, pro quibus recipiendis commode nequeas sedem Bambergensem opportunis temporibus adire, ut igitur a quocunque archiepiscopo vel episcopo catholico executionem officii sui habente, ac gratia et communione sedis apostolicae non carente, ad ordines minores duntaxat rite promoveri valeas, dummodo alias ad hoc habilis et idoneus fueris, super quo ordinatoris tui conscientiam volumus esse oneratam, aliudque canonicum non obsistat, eidem archiepiscopo vel episcopo conferendi et tibi recipiendi plenam concedimus facultatem, et vices nostras impertimur hac vice duntaxat harum literarum serie, vicariatus nostri sigilli appressionem munitarum. Datum Bambergae Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, die secunda mensis Martii.

Ib.: Ioannes dei gratia episcopus Mersburgensis. Recognoscimus per presentes quod anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, sabbatho quatuor temporum [13. März], quo in ecclesia dei ‚intret‘ cantatur, sacros clericorum ordines in capella curiae nostrae episcopali celebrantes discretum Hartmannum Schedel scolarem nobis canonicè presentatum ad sacros accolitatus et omnes minores ordines divina nobis favente elementia promovimus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presenti est appensum.

16<sup>a</sup>. Testamentum excellentis viri Domini Doctoris Hermanni Schedel, patru mei, physici Nurembergensis (Berliner Rodey fol. 88—92).

Ich Hermannus Schedel der Arzney doctor, Burger zu Nurnberg, bekenne öffentlich mit diesem brieffe, das ich mit wolbedachtem mute, zeittigem Verrath vnd guter Vernunft mein Testament, geschafft vnd letzten Willen gemacht vnd geordnet habe, mach vnd orden in Crafft diß brieffs, in der besten form, weise vnd rechten, so ich thun kan, sol vnd mag, in maßen hernach volget. Erstlich will ich, wa[sun] mich der allmechtig Gott von dieser Welt erfordert, vnd ich mit Tode abgangen bin, das man mein Leichnam zu Sant Sebald bestatten vnd begraben, mich mit Begrebnus, Siebenden vnd Dreyßigisten, vnd gedechtnus begehren vnd gedencken lassen vnd zu der Begrebnus ein schwarz schlechts ganz tuch auf die Bar legen, vnd darnach Haußarmen dürstigen Leuten, die des nottürftig sind auftheilen vnd geben soll. So soll man mein ein ganz Jar zu Sant Sebald auf der Cankel gedencken, vnd die Priester vber mein grabe, wie gewonheit ist, auch ein Jare geen. Item ich schick in das Closter zu Sant Egidien zu Nuremberg diese Bücher: Eins von den vier angel Tugenden an die Benediger. Item Ieronimum Iohannis Andreae: Item Epistolas Cipriani. Item ein Buch der Historien Alexandri vnd Troja. Item Bernardum de consideratione ad Eugenium, Franciscum Petrarcham vnd anders mer in einem Buch. Item Lactantium. Mer zehen gulden dadurch mein Begrebnus, Sibenden vnd Dreyßigisten zu begehren vnd mich in irer gedechtnus vnd andacht inhaben.

Item den Predigern zu Nuremberg schick ich diese Bücher: Quadragesimale Michaelis de Mediolano, Epistolas Leonis Papae. Ethicon Catonis, vnd darzu zehen gulden mich zu begehren vnd mein zu gedencken wie oben die zu S. Egidien.

Item den Augustinern zu Nuremberg diese Bücher: Eusebium Pamphili de creatione angelica Iohannem Crisostomum super Mattheum de opere imperfecto. Item Augustinum de civitate Dei, vnd ein Comment darüber, vnd darzu dreißig gulden mich zu begehren vnd mein zu gedencken wie oben zu Sant Egidien.

Item den Parfüßern zu Nuremberg ein Buch genant: Wilhelmus de fide et legibus. Quadragesimale Leonardi de Utino vnd darzu zehen gulden zu Pietanzen, mich zu begehren, vnd mein zu gedencken wie oben zu Sant Egidien.

Item den Parfüßern zu Amberg diese Bücher: Expositionem symboli, expositionem missae vnd anders mer beyeinander. Ambrosium de officiis mit sampt dem pastorale Gregorii, vnd den Brüdern zu pietanz sechs gulden, mich zu begehren vnd mein zu gedencken, wie die zu Sant Egidien.

Item den Cartheusern zu Nuremberg diese Bücher: Caesarium in exemplis, Speculum humanae vitae, Sermones Ruperti de adventu Domini, Soliloquium Isidori, Darbei Franciscus Petrarcha vnd anders, vnd darzu zehen gulden, mich zu begehren vnd mein zu gedencken wie oben zu Sant Egidien.

Mer schick ich inen mein Teselein mit der Barmhertzigkeit. Item den Carmeliten zu Nuremberg schick ich dise Bücher: Iohannem de Turrecremata, vnd Hexameron Ambrosii beyeinander. Item ein summa soliloquium genant, vnd darzu sechs gulden mich zu begehren vnd mein zu gedencken wie die zu Sant Egidien.

Item dem Closter Munichaurach continuum sancti Thomae, Quadragesimale Ruperti, Item ein gebundene Bibel, Item vitas patrum, vnd darzu zehen gulden, mich zu begehren vnd mein zu gedencken wie die zu Sant Egidien.

Item mein Brieffe der Bruderschaft zu den Cartheusern, Predigern vnd Carmeliten zu Nuremberg, sollen mein Vormünder vberantwortten mit sampt den obgemelten geschickten in ydem beschehen. Item in die vier Siechheuser (!) bei Nuremberg gelegen, zu Sant Johannis, Sant Jobst, Sant Vinhart vnd Sant Peter im Siechgraben, in jedes vier gulden, den Kranken vnd armen darinnen in ir selbstn Hände zuteilen an gelte, wein, schmalz oder anderm was vnd wie dan mein geschestiger im besten erkennen vnd gutt sein bedüncket. Dergleichen schick ich auch den armen in dem neuen Spital zu Nuremberg zehen gulden, in ir hande zu teilen, wie oben in den Siechheusern, vnd an den neuen Spital an dem Pav vier gulden. Item den armen in dem alten Spital sechs gulden in ire Hande außzuteilen wie oben den armen in Siechheusern. Item an die Capellen unser lieben Frauen zu Nuremberg drey gulden, vnd der Priesterschaft daselbst sechs gulden, also daß sie mein Begrebnus, Siebenden vnd Dreißigsten begehren, halten, vnd mein gedencken sollen. Item in yedes Findelhauß zu Nuremberg zwei Paar schlechter Seilach vnd ein geringe schlechte Deck, vnd darzu in yedes sechs gulden.

Item was Schulbücher die man Scholastica zu nennen vorhanden sein, sollen mein geschestiger nach irem besten erkentnus armen frumen Schülern, oder Studenten, durch Gottes willen, mein damit zu gedencken, geben. Item ich will auch alsbald der allmechtig Gott vber mich gebeut, vnd ich mit Tode abgangen bin vnd je ehel[r] vnd auf das schierst es geschehen mag, das mein getrewshender bestellen vnd verfügen, vierhundert Messe, durch Gott forchtigligen Priester, vnd Mönchen [= Mönchen] in Clöstern hie zu Nuremberg zu halten vnd zulassen vnd einem yeden von meinen Behamischen, die ich habe vnd lasse ein ganzen Behamisch geben, vnd ob . . . an den Behamischen geschehe, sollen sie je für ein Behamisch zwelff Pfennig Nurembergisch, so ich hinter mir lasse, geben, vnd denselben Priestern vnd gaitlichen dabei sagen, das sie für mich vnd alle, die jenen, den ich gutt zu thun schuldig gewest bin, bitten und gedechtnus

haben wollen. Item ich schick dem Closter zum heiligen Creuz zu Schwebisch Werde, ein Buch genant: Bohetium de consolatione mit einem Comment. Item zu Sant Cathreinen zu Nürnberg sechs gulden, mich zu begehnen vnd mein zu gedencken, wie vor zu Sant Egidien.

